



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati  
mortalis Libri Qvinq[ve]**

**Pelecys, Johannes**

**Monachii, 1615**

Programma. De Summi mali origine & Auctore.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

ad Lectorem.

positum fuerit, ut esse multa minimè  
dubito, inscitia incuriaq; mea adscri-  
be, & pro me assidue ora.

## PROGRAMMA.

De Summi mali origine & Auctore.

**C**OLCHICA nondū illas implerant TOXICA Vallēs,  
Vulgarāntq; suam nulla VENENA luem;  
Ductus ab extremo cum deniq; CERBERVS orco  
Primus in HUMANAS intulit illa PLAGAS.  
Quippe salutiferos VOMITV dum conspuit agros,  
Edidit infectum mox ACONITA solum.  
Inde LVEM pecorum miseri luxere Coloni,  
Et festinatas rustica turba NECES.  
Hac mihi FABVLA erat: Sed post quā proditor alta  
Decidit è calo LVCIFER, HISTORIA est.  
Ille & bi lethifero maculauit SIDERA fastu,  
Imbuit humanos hac quoq; PESTE sinus.  
Serpere mox cœpit, mentesq; repente per omnes  
Grassari miseris plurima NOXA modis.  
Hinc inimica furunt alternis IVRGIA rixis.  
LINGVA Venenatas hinc mala figit acus.  
Inde CVPIDINEIS feriuntur CORDA sagittis;  
Et picea tendunt in sua FVRTA manus.  
Ebria quin etiam Bacchao GVTTVRA succo,  
Et stygio turgent secla SVPERBA notho.  
Traxerit ex imo mala MAXIMA CERBERVS ORCO,  
Tranxit HIC ex ipso DETERIORA POLO.

Facultas R. P. Prouin-  
cialis.

Cum quinque libri de MALO SUMMI  
MALI, siue de infinita gravitate pec-  
cati mortalis, Auctore P. IOANNE  
PELECYO, à destinatis ad id Theolo-  
gis lecti, lucemque mereri iudicati fu-  
erint, Ego MELCHIOR HARTE-  
LIUS, Societatis IESV, per superiorem  
Germaniam Prouincialis, potestate ab  
Admodum Reuerendò Patre nostro  
CLAUDIO AQUAVIVA, eius-  
dem Societatis Preposito Generali ac-  
cepta, eos typis publicari permitto. In  
cuius rei fidem Auctori hoc testimo-  
nium Chyrographo, & sigillo nostro  
subscriptum, ac munitum dedi. Mò-  
nachij 4. Octobris. Anno 1614.

Melchior Härtelius.